Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

suum. pedibus eius aduoluta est. Ingressus
per ecclesiam attollitur clamor: omnis
etas iubilat deo. personant etiam̄-
ta. benedicitur ab omnibus deus. exce-
dit ueneratio modum. et seruum
dei super hominem si dici fas est li-
quefacta caritate ciuitas ue-
neratur. ALIUD.
Audiebantur hec que mediola-
ni fiebant: et per totam ytaliam
uiri dei discurrebat opinio: et
diuulgabatur ubique surrexisse
prophetam magnum potentem in opere et
sermone: qui inuocato nomine christi
et infirmos curaret. et obsessos
a demonibus liberaret. Maxima
quidem ei erat in curationibus egri-
tudinum gratia: sed in demonibus e-
liminandis frequentior oper-
atio erat. quo copiosior uexa-
torum numerus ad experta subsidi-
a concurrebat. et maiorum operati-
o intuitu minores obscurat
effectus. Iam uero pro frequentia
populi qui a mane usque ad uesperam
foribus assidebant. oppressiones

uulgi pre corporis inbecillitate non fe-
rens. ad fenestras domus procedens. se
eis conspiciendum prebebat. et eleuata
manu benedicebat eis. panesque
et aquam deuehebant secum. quibus be-
nedictioni eius suppositis. domi
ea pro beneficiis sacramentalibus refe-
rebant. Ex uicinis sane castellis
et uicis et urbibus multi ad uirum dei
confluxerant. et communicata aduena-
rum quam ciuium in mediolano studia
erant prosequi scilicet. expetere beneficium.
audire uerbum. uidere signum. et doctri-
na miraculis ultra quam credibile
est delectabantur. ALIUD.
Aderat inter eos quidam ex ur-
urbanis. qui puerum demonia-
cum aduexerat. Qui repente coram omni-
bus ad signum crucis quod uir sanctus edi-
dit. de bauuli sui brachiis ruit.
et elisus humi. quasi mortuus sine
ullo sensu inmobilis uisus est ne-
que uox neque alitus erat in eo. tamen circa
precordia exiguus ei superat ua-
por. Dant ergo certi locum ut possit
procedere et admitti ad uirum dei se-